

www.e-rara.ch

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

Valerius, Cornelius

Antverpiae, 1574

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRm 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De inventione, prima efficii oratoris parte.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

elocutio, memoria, & actio, seu pronuntiatio. prima proprie in rebus dicitur, in verbis tertia: secunda quibus utriusque sit communis, cum & verba deligenda sint, & ordine vel recto vel verso collocanda, magis tamen ad primam refertur: reliquæ duæ sunt ferè naturæ donna, quæ magis exercitatione, quam præceptis iuuantur. Inuentio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ probabilem reddant orationem. Ea pars multarum artium cognitione perficitur. Dispositio est rerum inuentarum in ordinem distributio, quæ prudenter suis quæque locis collocantur.

Inuentio.

Dispositio.

Elocutio.

Memoria.

Actio seu pronuntiatio.

Ib. iij. cap. iij.
Iudicium inuentioni quidam subiciebant, quod non satis esse putarent inuenire quid dicatur, nisi etiã expendatur & feligatur: sed hoc omnibus partibus adhibendum est. Cic. 1. de Orat. Orator.

Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio: seu apta rerum explicatio atque exornatio. Memoria est firma rerum verborumq; & ordinis perceptio, atque fida custodia. Actio est eorum quæ sunt inuenta, disposita, & ornata, cum dignitate & venustate pronuntiatio. His adiecerunt quidam, vt Fabius ait, sextam partem Iudicium, quod inuentioni subiecerunt: sed mihi tribus primis partibus videtur esse permistum, à quo pronuntiationem quoque vel plurimum mutuari putem. Atque ex his oratorij officij partibus, & ex materia subiecta definiri potest orator, qui quæcumq; res inciderit, quæ dictione sit explicanda, prudenter, & compositè, & ornate, & memoriter cum quadam etiam actionis dignitate possit dicere.

De inuentione, prima officij
oratoris parte.

Vide Methodum simplicisthæ matis apud dialecticos.

REPERIRE primum debet orator, quod dicat, & rei de qua dicturus est, naturam, vim, partes, coniuncta,

coniuncta, contraria cognoscere. Cùm autem ei non tantum efficiendum sit, vt caussa faciat fidem, quod cùm in aliis orationis partibus, tum in contentione maximè, quo loco de re proposita disceptatur, fieri debet: verùm etiam, vt conciliet, & moueat, atque etiam delectet: plures ille, quàm Dialectici tradere consueverunt, locos adhibebit quasi notas, quarum admonitu materiam dicendi parabit, & quid in vnaquaque orationis parte requiratur, intelliget. Dialectica docere contenta est, & fidem facere: rhetorica verò præter docendi munus necessarium, inuenire etiam studet, quemadmodum motum eorum animis, quibus persuade-
 dere volet, adferat: eosq; vel ad iram, aut odium, aut dolorem incitet: vel ab hisce permotionibus ad lenitatem reuocet. Duæ autem orationis partes, vt diximus, prima & postrema ad motum seu animi incitationem valent, cetera fidem faciunt orationi.

Loci Rhetorici.

Cic. de inuene.

De exordio prima orationis parte.

EXORDIUM est orationis initium, quo præparatur auditoris animus ad amicè, attentè, & intelligenter audiendum. Exordiorum genera sunt duo: principium & insinuatio. Principium est, in quo statim & apertè beneuolentia, attentio, & docilitas parantur. quæ tres sunt exordij partes initio quidem orationis adhibenda, sed in tota tamen caussa diligenter seruanda. Insinuatio est, in qua callidè & latenter eadem, quæ in principio, efficiuntur. Sed vt intelligatur quando sint beneuoli, attenti, vel dociles auditores efficiendi: qualitas & natura caussa primùm spectanda est. Nam in singulis superiorum generum

Principium est apertum exordium. Beneuolentia, atten. & docil. non principij magis propria sunt, quàm reliquarum partium. Cic. lib. ij. de Orat. Insinuatio callida & occultior exordij ratio est, quæ quadam dissimulatione & circuitu

causis